

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dialogorum sacrorum Libri Quatuor

Châteillon, Sébastien

Basileae, 1565

lephtha

urn:nbn:de:bsz:31-102436

LIBER I.
IEPHTHA. Iudicum 11.

69

ARGUMENTVM.

Iephthæ persuadent senatores Israelitarū,
ut se militiæ ducem præbeat aduersus Ma-
dianitas.

Senatores Israelitarum, Iephtha.

Misi sumus ad te, Iephtha, ab Israelitis, ut à
te postulemus, ut præbeas te nobis ducem
ad gerendum bellum contra Ammonitas. Scimus
enim, te esse eo corporis & animi robore præditū,
eāq; peritia belli, ut nemo hodie possit id præstare
melius. I. Enimuerò uos exegistis me domo pater-
na, præ odio: cur nunc uenitis ad me, rebus aduer-
sis? Cur non potius retinuistis me, cum nō egeretis:
ut esset uobis copia mei, cū egeretis? s. ^a Noli que-
so, Iephtha, meminisse iniuriæ. Si nos nō rectè feci-
mus, qui te expulerimus: tu rectè facies, si malefi-
cium pensabis beneficio, & innocentiam tuam ma-
gis commendabis. Quod si nobiscum profectus fue-
ris, & debellaueris Ammonitas, constituemus te
principem omnium Galaaditarum. Atque ita fiet,
ut tibi lōgè plus sit boni, quàm quanta fuit iniuria.
I. Ergo si reuocatis me ad debellandos Ammonitas,
& Ioua subegerit eos mihi, obtinebo principatum
in uos? s. Contestansur Iouam, nos esse
facturos isto modo. I. Persua-
sistis. Eamus.

a Iniuriæ
bliuisti d
cet.

SENTENTIA.

Præstantes uiri, licet eis in præsentia non egeas, retineri debent in casus futuros.

RUTHA. Ruth. 1.

ARGVMENTVM.

Noemim ex Moabitica discedentem in Israeliticam terram, quamnis dissuadentem, comitatur præ eius amore Rutha eius, quondam nurus.

Noemis, Rutha, & Orpha
eius nurus.

Postquam Deus cepit misericordiam sui populi (ut accepimus) eumque leuauit fame, quæ coegerat me & meum uirum & liberos cõfugere huc ad Moabitas, iam nihil est quod uelim diutius agere in regione aliena. Sed uobis, meæ nurus charissimæ, censeo redeundum suam cuique in domum patriam, postquam estis priuatæ uiris. Iam satis me comitate estis. Ite sanè secundo Deo, quem precor ut uobis repèdat pietatē, qua use estis^a in mortuos & in me. Det in quam uobis loua, ut nanciscamini quietem suū utraq; apud maritum. Amplectimini me, charissimæ coniuges meorum olim filiorum.

R. Heu nos miseræ, siccine disiungimur à te? Ah non fiet, suauissima socrus: quin ibimus tecum ad tuos populares. **H.** Nihil opus est, meæ filiole: an

Videlicet
nibi benefa-
ciendo pro-
ter mortu-
os filios me-
os, maritos
uestros.

putatis

putatis me ad
sint uobis de
te. Nam ego
cepta uiro. Se
uira, uel in p
elis expecta
lidu durare
et necessitat
sa, sed nolo re
dicat, melius
Vale, mea qu
quendam so
repetat patri
heres reuert
relinquenda
in commorat
hi tecum erit
moriar, tecū
ita mihi hab
me à te separ
firmasti, nolo
uon sanè, De

Beati q
nane & pa
temnera